Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26418
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ordine pacifico ordinante domna balthilde per
consilium quidem seniorum receperunt childericum filium eius
in regno ostreo. Burgundiones uero et franci facti sunt
uniti. Et credimus deo dispensante iuxta domne bal
thildis magnam fidem ipsa tria regna tunc inter se te
nebant pacis concordiam. Factumque est ut postea nutu dei
et exhortantibus bonis sacerdotibus ut heresis symo
niaca que prauo usu maculabat ecclesiam. ita ut
dando premia contra ordinem episcopatus accipiebant.
et prefata domna balthildis hoc impium nefas prohibe
ret. ut nulli premium pro percipiendis sacris gradibus om
nino perueniret. Ordinauit etiam immo postea dominus.

(margin: et ipsa cessaret)

ut hec et alia pessima consuetudo. propter quam plures homi
nes sobolem suam interire pocius quam nutrire studebant.
dum deuitabant exactiones publicas que eis ex consue
tudine ingerebantur accipere. ut illis ex hoc gra
uissimum rerum suarum inferrent dampnum. prohibu
it hoc ipsa domna pro mercede sua. ut hoc nullus
facere presumeret. ex quo facto copiosa eam ualde
merces expectat. Quis enim ualeat dicere. quanta
et quam magna comoda per religiosorum cenobia largi
endo integra predia et siluas magnas ad cellu
las seu monasteria construenda concessit. Quid etiam
fecit dum proprias et peculiares casas. ad(e)m in parisiaco